

Petrus de Vinea

*Ep. VI 19 (Decus est
principum fidelium uotis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 19 (Decus est
principum fidelium uotis...)*

1247?

Taxatio salarii, constituti in ciuitate, potestatibus tribuendi.

1. Decus est principum fidelium uotis clementer annuere ac supplicantium preces misericorditer exaudire, ut sic per gratiam diligantur in populis et per dominium timeantur in terris. 2. Per presens igitur scriptum notum facimus universis Imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod, cum Commune ..., fideles nostri, nunc misericordiae nostrae ianuam humili petitione pulsassent, quod in salario suis decreto Potestatibus exolvendo, cuius solutionem preteritam suis onerosam facultatibus reputabant, providere misericorditer dignaremur, nos eorum supplicationibus benignius inclinati, salarium ipsum annum ad... librarum summam prouidimus amodo reducendum. 3. Quo Potestates eorum, qui pro tempore fuerint, uolumus fore contentos, scripti presentis auctoritate mandantes, quatenus nullus sit, qui Commune predictum, fideles nostros, ad maiorem exactionem salarii temeraria de cetero coactione compellat. 4. Quod si presumpserit, et ceterum, ad maiorem cuius rei memoriam et ceterum.